

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrupedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Appendix. De quibusdam exoticis quadrupedibus iisque dubiis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

APPENDIX.

De quibusdam exoticis quadrupedibus iisque dubiis.

CAPUT I.

De Tlacaxolotl, Cabim, et animali maripeto.

Absoluta ita, per Deigratiam, omnium quot quot nunc nota quadrupedum historia, visum est hanc de quibusdam exoticis, et quidem dubiis, Appendicem annexare. Dubiis inquam. Nam adquod genus referri proprie, adhuc mecum delibero. Inter haec occurrit primo *Tlacaxolotl*, sive animal abrotundae faciei, bestiam tauro vastiorem, capite magno, prolixo rostro, latis auriculis, atrocibus dentibus, humana pene facie, unde summis non men, crassio collo, manibus pedibusque, et his taurinis unguibus, sed maioribus, magnis latisque clunibus, cauda crassa et prolixa, ac pelle crassa, fulvo et hispido pilo. Rarum animal, saxorumque et solitudinum incola. Atzaceani, Tepotzonotla, et Haquelagani, non procul a regione, quam a situ profundiore vocant Dehonduras. Vescitur montano cacaotli, quapachtli, et virenti haoli, vastatis passim arvis satisque, cum horum non adfuerit copia, foliis arborum et fruticum. Caro edulis est. Humanum conspectum non reformidat, neque sagittarum ictibus occumbit, tergus enim est impenetrabile. Quamobrem defossa terra, ac desuper ramis frondibusque contexta, et subaggerata capitur, haud aliter ac apud Indos Orientis elephantes.

**Nieremb.
Hist.Exot.
1.9.c 3.** Animal *Cabim* Maphaeo animal *Sionium*, Antonio a S. Romano *Thabal* dicitur. Nascitur in Iava. Huius animalis unam virtutem scio, sed mirificam. Si eius oscilli extremitatem aliquis gestet, quantumvis mille transverbératus vulneribus, ne guttam sanguinis dabit, experimentis pluribus probatum est: sed illud celebre et notissimum, quod cum Naodabeguea Malacensis infensus Lusitanis, et adversus illos ege-

gie dimicans, tandem oppressus, multisque confossum ictibus corrue- ret, ex patulis vulneribus nihil omnino cruoris manaret. Mox inter spoliandum, ut primum detracta eius brachio est aurea armilla, mirum dictu, tamquam vase confracto, ita fese cum anima universus repente sanguis effudit. Cuius rei stupore defixi Lusitani, cum dealis captivis causam quaesissent, cognovere inclusum esse in armilla os eius animalis, cuius in sistendo sanguine tam efficax esset vis.

Quantum ad animal *Maripetum*, **Nieremb.
Hist.Exot.
1.9.c.49.** scribit Aloysius Almeida cum periculo omnis fidei, et multi confirmant, apud Iapones in regno Goto extare silvam, in qua tantum gignitur animal canis magnitudine, cruribus brevioribus, ad esum humanum per commodum, aureo colore, praemolli etiam villo. Cum senuerit hoc animal, dimissa terra, sponte mare ingredi, ibique paulatim transformari in pisces, ac per singulares corporis partes, certo quodam temporis intervallo, vere mutata quadrupedis forma, ac natura transire in pisces. Idque adeo verum esse obtestatur Auctor, ut affirmet aliquando contigisse, pisces huiusmodi captum, inventum nondum omnibus corporis quadrupedis partibus prorsus transformatis, nondum videlicet opportuno elapsò tempore, quo omnia pisces membra effici potuerunt, pars enim adhuc habebat formam quadrupedis, altera iam squamis et pennis formata videbatur. Adiicit, fabulosum hoc non esse, sed compertissimum iam fuisse, veritati huic adstipulare indigenarum omnium consensus.

CA.

De *Dante et Cappa*.

Nieremb.
Hist. Ex-
ot. 1.9.c.65 **S**ui generis animal *danta* est, aliqui
Indi *capam* vocant, alii *tapiro* ou-
su, alii *doueanare*, ut Lerius scri-
bit, sed mulis similis. Mulares ha-
bet *aures*, vitulina *labra*, *rostrum*
superius propendet per palmum su-
per dictum, attollit, cum irascitur,
pene reliqua membra diversae be-
stiae similia, sed plerumque vitulo
conformiora. *Cornu* caret. *Vngu-*
la iuvat dolorem cordis, pellis lori-
cae usum supplet, impenetrabilis est
ictibus. Duo *ventriculos* habet, unus alimenta excipit, alter ignoto
adhuc sacramento invenitur putre-
factis lignis et virgulis plenus. Una
auctoritas parsimoniae naturae ex-
cuset hic superfluitatem. Nescitur
usus et finis huius ventriculi. Ven-
tor oportet, vulneret illam ante in-
gressum aquae, ibi enim morsu se
defendit, et occidit canes. Didi-
cisse phlebotomiam fertur ex hac be-
stia, homines doctos, namque cum
craßescit, interna crura vulnerat a-
rundine resecta, eadem industria at-
que Hippopotamus.

Lerius de hac bellua sic narrat:
Hanc *tapiro* ouſu adpellant, pilo sub-
rubescenti, atque promisso, vaccam
magnitudine ac forma valde referen-
tem. Attamen cum cornibus careat,
sitque contractiore collo, auriculis
longioribus et pendulis, siccioribus
que tibiis ac gracilioribus, ungula
continua, et asini ungulæ persimi-
li, merito quis eam vaccae asinique
naturae partipem esse diceret. Dif-
fert nihilominus ab utroque plurim-
um, quod et brevissimam gerat
caudam, obiterque hic monendus
est lector, permulta in America gi-
gni animantia, quae omnino sine
cauda sint, et dentes habeat multo
acutiores, nec hominibus propterea
quidquam periculi ab ea potest crea-
ri, cum in fuga potius, quam in vi-
ribus salutem ponere consueverit.
Eam barbari sagittis confixam, ut et
alias plerasque interficiunt, aut fossa
excavata, mūscipulis seu aliasmodi

ingeniose fabrefactis venari solent.
Caeterum fera illa magno est in pre-
tio apud barbaros, pellis gratia,
quam simul atque illi detraxerint,
dorsi corium in orbem circumiden-
tes, ad solem exsiccant, in parmas
que findi mediocritis cadi magnitudi-
ne conformant, quibus in bello ho-
stium excepta repellunt. Tantam
vero duritatem pellis ad solem siccata
contrahit, ut nullius ictu teli, quan-
tumvis magno impetu vibrati, trans-
figi posse facile credam. In Galliam
duas huiusmodi parmas studiose af-
ferebam, redeuntibus vero fames ita
molesta fuit, ut omni comeatu ab-
sumto, ne cercopithecis et psittaci-
cis, eiusdemque generis animanti-
bus exceptis, quae ex regione illa
nobiscum advehebamus, parmae il-
lae duae carbonibus impositae, fue-
rint etiam ad depellendam famem
comedendae, quibus reliquæ pelles,
quae, ut suo dicam loco, in navi e-
rant, additæ sunt. Porro Tapiro-
usu caro ad bubulæ gustum fere ac-
cedit. Adpendo, quae *Franciscus*
Hernandus de *dantis* scribit. Me-
diocrum mularum aequant magni-
tudinem, fulvo teguntur pilo, et
firma impenetrabili vestiuntur pelle.
Capiuntur in canibus, sed diligen-
ter cavendum, ne prius configuant
ad flumina, in quibus sese adversus
illos vehementius tuerintur. Carnes
eorum, ac praecipue pedum, si pro-
be coquantur, gustu suaves sunt, ac
bonum alimentum praestant, offen-
duntur autem haec animalia non una
in parte continentis.

Cappa dicitur animal asino gran-
dius, nigrum, villosum, ferox, ca-
nibus quoque infestum. Obvium
quemqueraptat, non secus, ac lupus
pecudem. Forma pedum insolens.
Vngula similis est calceo Gallico, a
fronte lata, rotunda, non scissa, a
calcari acuta. Aspectum humanum
formidat. Fortasse hoc est anonymum
animal Francisci Hernandi, et
ex dantarum genere, de quibus
iam dixi. CA-

Nier
Hist
L.4.6Idem
6.74Nier
l.9.e.Nieremb.
Hist. Exot.

1.9.c.71.

De Eiulatore, Su et Peva.

Nieremb.
Hist. Exot.
1.4. c. 72. **D**e *Eiulatore* ita idem Nierembergius. Nocentior astus alterius animalis, infantilem simulantis iumentum, edito sono sub oppida et villas in prima nocte. Statim miserenti acurrentes, affectu quaeſituros plorante perimit. Sed iam caute repetito periculo oppidani, prodeunt e domibus incensis titionibus structi. Forma et moles huius ferae canem leporarium imitatur.

Idem 1. 9.
c. 74. **Su**, id est aqua, quod iuxta fluvios plerumque degat, apud Patagones invenitur. Alii *succarath* vocant. *Torva* est, prima oris acie quodammodo leonem aemulatur, aut hominem, nam ab aure barbata, haud promissis valde pilis, pectore propendente, circa lumbos nimis constringitur, *cauda* ampla et longa scuri initar. Gigantes eius regionis, quoniam coelo non admodum calido fruuntur, protegunt se huius fe-

rae pellibus. Cum urgetur pellis gratia, catulos in dorsum admissos cauda contegit, et fuga elabitur. Capitur una cum catulis scrobe effossa et celata ramusculis. Inclusa, prae rabie aut generositate catulos obtruncat, et horribili clamore venatores atteret, donec sagittis caesa excorietur. Legi, licet auctor non sit oculatae fidei, prae caritate ad prata portare filios, ubi fertis floridis et odoriferis, comit et coronat illos, tum filios recicomare simili in parentes vetulos pietate, eosque portare et alere.

Peva catelli est magnitudine. Hoc Nieremb.
ubi tygridem conspexit, illius insistit H.E.I. 9
vestigia, et allatrat assidue, ut latratu audito, tum ferae, tum homines latebras petant, ac sibi ab instanti fera caveat. Hinc saepe fieri vide-
mus, ut prae inedia, praedaeque defectu, in agris expirent.

De animali foetido, Graffa et Caoch.

Nieremb.
1.9. c. 89. **A**pud Chiribenses animal est genitu mirabile, ait Petrus Martyr, strigosum, cubitales loco stercoris emittit colubros. Unum domi sua se nutrit, et aperto experimento rem ita esse deprehendisse, Fratres Dominicanici afferunt. Quod solutae tendant colubri, interrogati. Ad vicinas dixerunt silvas, ubi vitam agunt brevem. Putet animal plus, quam qualemcumque cadaver foetidum in sterquilinia projectum: Inde putoris eius impatientes interfici animal Dominicanii iusserunt. Vulpem *rostro*, pilo lupum imitatur. Cum in infantum ventribus vermes passim creari, neque senes ab ea peste esse immunes, atque una cum excrementis, emitte vivos didicerim, quos mutato nomine vulgus lumbricos appellat, cure et illud accidere posse

non crediderim, inquit Nierembergius, talibus praecipue viris, id affirmantibus.

Graffa in insula Zanzibar potissimum invenitur. Animal est exigui capitis, et longissimi colli, anteriores crura oppido excedunt posteriora, colore vario albet, rubet, roseisque distinguitur maculis. Mitis bestia est.

Caoch animal est tres dodrantes Idem 1. d.
longum, pilo vestitum nigro, promiscue cum candenti, sed ventre fulvo. Clamans noctu, humanas imitatur voces. Suis instar edit mayzium cum viret, nec dum spicas concxit Sol.

Et tantum de Quadrupedibus sufficient. Si quid interim obvenerit, quod nos hactenus latuit, in Paralipomenis, si Deus ita voluerit, poterit adiici.

Gratia Tibi Domine IESV.

Ee

PETRI

praestanda, quum Zebet *albahar* spumam maris interpretetur, Zebet forte *spumam* significabit, et non inepte nostro Zibetho aptabitur metapora, siquidem, quum colligitur irato animali, quasi spumans adparet.

Qui Catum, vel Mustelam dixe-

re, hoc animal inter feles silvestres reposuisse reor. Verum etiamsi capit sit aliqua similitudo, in cacteris tamen plurimum discrepant. *Nos Hyaenam odoratam nuncupare maluimus, idque in sequentibus probabile ostendemus.*

C A P U T II.

An Civetta sit Pardalis Antiquorum?

*Cur animalia in-
odorata.*

Quacrit Aristot. sect. 13. probl. 4. Cur animantium nullum bene oleat, praeter pardalim, seu pantheram, haec namque propter suavem, quem spirat odorem, ad se feras illicit, quod pluribus exposuit Theophrastus ipsius discipulus libro 6. de cau. plant. cap. 5. hisce verbis: *Omnino inter bruta, vel nullum, vel certe rarum admodum est, quod odo rem persequitur gratia suavitatis, nisi per accidens, cum alimentum est tale. Quippe adpetitus ad ipsum pabulum, eiusque causa est. Si quid tamen etiam istiusmodi est, baudquam homini bus constat. Nam, et pardalim caeteris animalibus suaviter olere qui dam affirmant, et venari in senecta nimirum bestias alliciendo gratia sui odoris. At nobis nullam odoris affert suavitatem. Nisi verum etiam illud dixeris, ut certe est verum, olfactum homines habere omnium ferme deterri mum. Itaque multi odores, suavita tesque eorum, vel gravitates, latere hominem possunt, et cap. 26. Animal nullum, inquit, penitus odoratum est, nisi quis pardalim dixerit bellus bene olere, retulit id etiam Plinius lib. 8. cap. 16. Iferunt scribens, odore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitist orvitate terreri. Quam obrem occultato eo, reliquas dulcedine in uitatas corripiunt. Dixerat enim Aristot. lib. 9. de Hist. An. cap. 7. Pantheram sese abscondentem venari dicunt, propterea, quod suo odore bel luas delectari intelligat, proprius enim ita accedunt, quas corripiat, huiuscemodi autem suavem odorem, non belluae tantum sentiunt, sed sui odoris vim ipsa quoque pardalis sentit. Scriptum etiam reliquit Aelianus lib. 5. de Hist. Anim. cap. 40. Admirabilem quandam, et nobis occultam odoris*

sua uitatem olet pardalis, quam bene olendi praestantiam di-vino munere donatam, cum sibi propriam planetem, tum vero caetera animalia hanc eius vim praecclare sentiunt. Haec autem hoc modo venationem capit. Quum horum, quae ad viduum opus sunt, egent, sese vel in loca fructibus densis confixa, vel foliis vestita ita occultat, ut inventu difficultis, tantum respiret. Tum biniculi, dorca des, caprae silvestres, atque alia eiusmodi animalia quaedam suavis odoris illecebria attrahuntur, et proxime accedunt, illarum, quam mox de latebra exiliens ad praedam serumpit, atque eam comprehendit. Est igitur Pardalis odorata. Addit Plinius: Panthera, et Tigris macularum varietate prope solae bestiarum spectantur, caeteris unus, ac sius cuiusque generis. Pantberis in candido macularum oculi. Haec autem duo, odor, nimirum, et maculae, Petrum Gil- Error. P. lium, et alias, ut refert Gesnerus, Gillii, induixerunt, ut crederent, nostram Civettam esse pardalim antiquorum.

Quae opinio facile refellitur. Antiquorum enim panthera vera omnibus hoc aevio est nota, et multum differt a Civetta, immo Septalius in problematis, Ioan. Faber, et alii ne- anima lium ex- gant pantheris suavem inesse odo- crementa rem, sed bruta alimenti specie odo- rem istum insequi, hominibus au tem neutiquam gratum adparere. Sed, ut verum dicam, multorum animalium excrementa hominibus suaviter odorata videntur, quae Aristoteli, atque Theophrasto ignota fuerunt. Siquidem Plin. libro 28. de animali Cordylo Crocodilo simili verba faciens, Alter inquit, illi similis, multum infra magnitudinem, in ter- ra tantum, odoratissimisque floribus

E e 2

vivit,

*Pantherae
odoratae.*

*Venatus
Pantherae.*